

Trassans si in seipsum direxit solutionem, est cambium §. 3.
proprium. E. C. Si debitor super summa debita creditori det cambium à seipso in nundinis Lipsiensibus vel Francofurtensibus solvendum, ex quibus causis inducta sit hæc species cambiorum, tradit Lud. cap. 3. §. 3. ubi & §. 5. ponit formulam cambii proprii, cavendum tamen ne ex puro mutuo quid ultra sortem accipiat in eodem loco; si verò in tertium alterius loci solutio dirigatur, cambium dicitur trassatum sive negotiatum.

Cambiis propriis accenseri possunt quibusdam in locis usitata cambia, quæ trassata præcedunt vulgò *interims Wechselbrieffe*/confici solita, vel quando statuto (ut Magdeburgensi Magdeburg W. D. art. 28.) prohibitum est pro futuris nundinis cambia celebrare, nisi infra breve tempus ante nundinas, & creditori ad interim pro sua securitate cambia in personam debitoris extraduntur. Vel quando nescitur, cui debeat fieri solutio in feriis, quòd negotians cambium sit mandatarius, ad interim solutio fieri mandatur ipsi factori, donec principalis determinaverit, in cuius personam solutio sit destinanda. De quibus disponit die alte Breslawische W. D. art. 19. Daß der Debitor schuldig seye zum wenigsten vierzehn Tage vorm Abreise in die Meß auff Begehren ein richtigen Wechselbrieff von sich zu geben. Magdenburg W. D. cit. art.

DISSERTATIO V.

De Causa efficiente Cambii.

PROpositâ nunc cambii quidditate sive essentiâ per genera

C

cau-

causarum progredior, ut ex notitia causæ ipsum causatum ejus-
que effectus plenius cognoscatur, ne verò multitudine rerum
(quæ magnum laborem sæpe etiam diffidentiam accersit §. 2.
instit. de just. & jur.) oriatur confusio, hâc dissertatione
tractâsse sufficiat de sola causa efficiente, quæ vel remota est,
vel propinqua, vel proxima.

- §. 2. Causa efficiens remota seu potius occasionalis est ipsa neces-
sitas: non quidem illa quæ Aristoteli *lib. 4. metaphy. 5. in pr.*
dicitur absoluta, sine qua animali non contingit vivere & de
qua dicitur, quòd legem non habeat, *l. 5. ff. de off. proconsf.*
l. 1. cod. de oper. libert. sed ista quæ bonum aliquod impe-
trandum vel malum repellendum suadet, quâ exigente jus
gentium sicut contractus & commercia *l. 5. ff. de just. & jur.*
Ita quoque cambia quæ æquè necessaria sunt ac commercia
Scacc. §. 1. q. 6. n. 4. & §. 2. Gloss. 4. n. 6. adinvenit.

Causam efficientem propinquam cum Vogt. *thes. 4. lit. b.*
Statuo consuetudines & jura civilia, non Justinianæ, sed
illa, quæ superior quisvis vel respublica legis condendæ pote-
statem habens pro sua subditorumque utilitate introduxit, ac
promulgari fecit, ad casus præteritos non extendenda, *l. 7.*
cod. de ll. nisi id expresse dispositum fuerit, ut fieri posse in-
dicat, d. l. 7. In absentia hujusmodi specialium statutorum
stylus & consuetudo mercantis pro lege servatur, *arg. l. 33.*
ff. de ll. l. 1. cod. quæ sit long. consuetud. Forum enim mer-
catorum cambia expolivit, & ad summam perfectionem ea
deduxit, *Bod. thes. 4.*

- §. 3. Causæ efficientis proximæ & principalioris locum obtinet
consensus contrahentium simultaneus externis signis mani-
festatus,

festatus, qui sicut ab aliis contractibus abesse nunquam potest, l. 1. §. 3. ff. de pact. ita quoque cambium inesse suo constituit, Arg. l. 6. in fin. cod. pro socio. Quia verò principales contrahentes sunt tantum duo (trassans scilicet, & remittens) sequitur, quod consensus duorum sufficiat ad cambii perfectionem intrinsecam.

Declaratur autem dictus consensus vel verbis, sed raro, §. 4. quia mercatorum interest, ne alter resciat alterum pecuniis indigere, id tamen cum aliquando fit, Italis celebratum dicitur cambium, da buono à buono Heidig. Anleisch zum W. Recht cap. 5. v. so kan in fin. vel nuntio per quem contractus omnes expediri posse monstrat. l. 2. in pr. ff. de pact. l. §. 1. ff. mandat. l. 1. in fin. de contrah. empt. §. unic. inst. de oblig. ex consens. sed rarissimè, commodius enim ac minori sumptu inter absentes per epistolam expediri potest, ll. cit. frequentissimè tamen ope & ministerio proxenetarum, Vogt. thes. 2. lit. B. insimul admonens mercatores, quod contractum hunc inituri rectè & prudenter rem suam instituant, si operâ proxenetarum utantur. De quibus ex data agendi occasione sit

DISSERTATIO VI.

De Proxenetis & eorum Officio.

Proxenetæ, Italis *Sensali*, Gallis *Courtiers*, Germanis §. 1. *Mäkler* sunt personæ juratæ, à Magistratu qualificatæ, in id potissimum incumbentes, ut inquirant, & perscrutantur, quis velit cambio accipere, quis dare, quove pretio, dumque deprehendunt utrumque ad contrahendum non esse alienum, dissidentium animos ad communia vota